



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri
Ultraiectini**

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIII.

Plauti locus correctus in Milite glorioso, & alter in Bacchidibus illustratus.
Cap. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)

versum ex Eueno citat, hoc modo, licet paulo aliter
ibi legatur, Ἀκούσε) γὰρ καὶ τὸ δέξιον

Σοὶ μὲν τὰδε δοκοῦντ' ὄσιν, ἀλλ' ἐμοὶ τὰδε.

Priores quatuor versus Eueni, quod prope modum
preterieram, citantur etiam à Stobæo, sed apud il-
lum paulo melius ac emendatius leguntur, hoc modo:

Πολλοῖς ἀντιλέγην μὲν ἔδος ἄδει πάντος ὁμοίως
ὁρθῶς δ' ἀντιλέγην ἐπέπτετ' ἐνέθει.

καὶ πρὸς μὲν τοῖσι ἀρεῖ λόγος ὡς ὁ παλαιός,

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ὄσιν, ἐμοὶ δὲ τὰδε.

Plauti locus correctus in Milite glorioso, &
alter in Bacchidibus illustratus.

CAP. IX.

NON est quod quisquam nobis vitio vertat si
Plautino loco à multis præclaris viris in Dubiū no-
tato, nostram etiam de eo sententiam ac opinionem
adduxerimus, in mediumq; protulerimus. Plauti
locus est in Milite glorioso, ubi vulgò sic legitur.

Nam ego hanc macharam mihi consolari volo

Ne lamentetur, nève animum despondeat,

Quia se iam pridem feriatam gestitem.

Qua misera gestis fractum facere ex hostibus.

Cum hoc, fractum facere, corruptum esse videret
vir doctissimus Ioachimus Camerarius, cui certè
plurimum debent Plautina lingua studiosi, censuit
legendum, fratrem facere, huiusq; lectionis hanc
reddidit rationē, cum inquit; Gloriosè nugatur miles,

B s ensem

ensem suum gestire cruentari in hostibus, id est, sanguineum sine *ὄναι* non habere hostem. Dicunt autem fratres proprie consanguinei, etsi aliter quoque propinquorum est appellatio haec, ut populi in Pænulo. Haec ille. Quae certe lectio ab eo doctissimo non probatur, neq. etiam nobis. Muretus autem pro, fractum, putavit legendū, farctum, atque ea voce (inquit) farcimen, ut Iscium, cuius genus aliquid crediderim indicari, ut quoniam si tibi a carnibus minutissime dissectis confici solent, diceretur machera gestire hostes ita minutim concidere, ut ex eis farcimen fieri posset, si quid mihi post tantos viros loci relictum, aliquid etiam quod non omnino abs re esset, afferrent. Non ita lego cum Camerario, fratrem, neque cum Mureto, farctum equamvis prior propius ad veram lectionem, alter ad verum sensum accessit: sed lego, et stigmis antiquis inhaerens, fratrem facere, accipit in ea significatione, qua Muretus, farctum facit. Huius vocabuli in eadem significatione meminit Arnobius libro septimo. In hoc enim diutius loci huic causae vel maxime necessario immoramur, consistimus, inhaeremus: cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diuiculis cum fratribus, confectionis iure multiplici, atque impensarum varietate conditis. Et quia iam Plauti mentionem incidi, non possum mihi temperare, quin versum quendam, quem ille integravit

Ant. Muretus
Varia Lect.
LIII
28

de Græcorum Comicorum principe Menandro ha-
sit, ex ipsius Bacchidibus proferam. Illic autem Ni-
colobus sic ad Chrysalum loquitur:

NIC. Responde quis te vendidit? CHR. Quem
di diligunt

Moritur iuuenis. &c.

Quo loco

Plantus hunc Menandri versum à multis antiquis
philosophis usurpatum, est emulatus.

ὅς οἱ θεοὶ φίλος, ἀποθνήσκει νέος.

In Dione Chrysofostomo lacuna suppleta, &
alter locus emendatus.

CAP. X.

DION Chrysofostomus Rhetor præstantissimus,
oratione tertia de Regno, volens ostendere, quàm
magnum & pestiferum sit malum adulatio, in-
quit: Πασάν γὰρ ὡς ἐπεὶ εἰπεῖν, ἢ κακίων, αἰχί-
σιον ἂν εὐρεῖ τις τὴν κολακείαν. θεώτον μὲν γὰρ
τὴν κάλλιστον καὶ δικαιοτάτην διαφθείρει τὸν ἔπαυον,
ὅς μὴ κέει δοκεῖν πιστὸν μὴ δὲ ἀληθὲς γνώμε-
ναι, ἢ τὸ γὰρ πάντων δεινότατον τὰ τῆς ἀρετῆς
ἐπιβλά, τῇ κακίᾳ διδοῦσι. ὅς πολλὸν χεῖρον
δοῦσι ἢ διαφθείρουσιν τὸ νόμισμα, οἱ δὲ τὴν
ἀρετὴν ἀπιστοὶ ἐργαζόμενοι. Quo in loco ali-
quid subsultare ac deesse, quis est (si quis locum
penitus introspiciat) qui nesciat. Ego ita-
que hunc locum sic restituendum ac supple-
ndum puto, ut in antiquo codice scriptum repperi:

ὡς